



Mbb. ii.

SYMBOLUM  
**MUHAMMEDICUM**  
Ex  
Alcorano concinnatum

IO. HENR. CALLENBERGIO  
Phil. Prof. Publ.

Halæ in typographia instituti Iudaici  
M.DCC.CI.

\*\*\*\*\*

I.

**D**iuinitus illustratus credo, esse Deum,  
cūque infinitum, æternum, omnipo-  
tentem, scientem omnia, bonum,  
miseri-

*Symbolum.* Suas uen. D. Io. Henr. Michaelis  
ante plures annos id composui ex methodo,  
quam *Rechenbergius* in appendice librorum  
symbolicorum sequutus est. Nemo autem,  
ut spero, mihi vitio vertet, quod capitales  
errores sine refutatione publicem. Dete-  
ctor illos, lectoremque ad notissimum *Ma-  
racci* opus ablego. Sententiam, quam  
Moslemis tribuo, ex alcorano sumsi. Loca  
adscripta quædam, plurima vero omisi, quæ  
tamen facile poterunt inueniri.

*Æternum.* Alcor. LXXVI. i. XXXV. 60.

*Omnipotentem*, I. 2. 3. II. iii. XXXIV. 9.

X. 66. 67. XLII. 30. X. 37. XXXV. 17. 18.

*Scientem*, II. 30. 27. 31. 72. LIX. 23.

misericordem, unum, non trinum: qui condidit omnia, & in his ex puro igne angelos; quorum aliquis, cum Adamum, ex luto creatum, adorare renuisset, a Deo reiectus, huiusque hostis, & cacodæmonum, id est, secum corruptorum angelorum dux factus est; & homines, quorum primus Adamus, qui, quod a cacodæmone se decipi passus est, ex paradiso fuit expulsus.

---

## II. Iesum,

---

*Misericordem*, I. i. II. 35. 244.

*Unum*, XXXIX. 4.

*Condidit*, II. 27. 20. I. 2.

*Angelos*, qui deum laudant, II. 28. scientia eorum circumscripta; cum ipsis Deus deliberauit de creando Adamo; quod illi dissuadent, II. 28-30. adorant Adamum, 32.

*Ex luto creatum*, II. 28-37. qualis futurus sit, angeli prædicunt, 28. de Eua; homo in paradiſo collocatur, 33. discit animantium nomina, 29-31.

*Dux factus est*. Nomen cacodæmonis; elate se gessit, Adamum ne adoraret, recusavit, infidelis euafit, & hominum hostis, II. 32. 34.

*Fuit expulsus*. Vesci fructibus paradisi Adamo licuit; interdictum de quadam arbore; illius lapsus; a cacodæmonे corrupti; consequuta mortalitas; pœnitentia hominis; inimicitiae huius & cacodæmonis. II. 33-37.

## II.

Iesum, Dei filium, dominumque nostrum esse, non credo, sed Dei apostolum, quales alii fuerunt quamplurimi, conceptum spiritus, id est, Gabrielis, afflatu, natum ex virgine Maria, & multis miraculis editis, Iudæisque ad cultum unius Dei prouocatis, a Deo viuum translatum in cœlum.

## III.

Credo, Spiritum sanctum nullum aliud esse, quam Gabrielem, angelum, cœtum vere colentium Deum esse Moslemos, quales natura sunt homines omnes, sed corrupti, postea a variis prophetis, leges, certi temporis usui accommodatas, adferentibus, tandemque a Muhammede, vatum ultimo, ad veram religionem inuitati, traductique fuerunt, quotquot scilicet Deus noluit occœcare, & a cognoscenda, amplectendaque veritate repellere: his præscriptas lauandi se, precandi, cibo abstinenti, pauperibus beneficiendi, religio-

*Iesum, de quo peculiarem narrationem, ex mente Moslemorum conscriptam, in lucem emittam.*

*Cœtum vere colentium, I. 5. 6. II. 2-4.*

*Tandemque a Muhammede, eius titulus, seruus Dei. II. 21.*

*Noluit occœcare, I. 7. II. 5. 6. 9. II. 12. 14-19. 24.*

*Precandi, I. 4-5. 7. II. 2.*

*Pauperibus beneficiendi. XXIII. 4. II. 2. 40.*

77. 280.

religioseque peregrinandi regulas obseruantibus, iisque congruenter viuentibus, peccata, si quæ commiserint, committantue, condonari, ipsos iustos, fideles, sanctos reputandos, & receptum iri aliquando in plenum amoenitatum, voluptatumque, omnis generis cupiditatibus, libidinibusque satiandis destinatarum, paradisum; quo carebunt, & perpetuo in orco cruciabuntur, quicunque, Deum unum esse, negauerunt.

*Peregrinandi.* V. 98. II. 153. IX. 19. II. 191-198. 214. IX. 3. III. 90. XXII. 27-31. 33-35. XLIX. 24. 25. 27. XXII. 37. 38. prohibita in hac peregrinatione. V. 96. 97.

*Peccata.* In horum numero sunt grassari in terra, occidere, superbire, esse infidelem. II. 10. 28. 32.

*Fideles.* Circa quæ versetur fides; scilicet circa Deum, mysterium, alcoranum, verus, nouumque testamentum, vitam alteram. II. 2. 3. 7. Fidei indeoles: persuasio, credere, scire. II. 2. 3. 24. Quinam sint fideles, 2. 3. timent Deum, 1. felices sunt, 4.

*Paradisum.* Huius descriptio: in eo fructus, au-  
mina, fœminæque pulcræ. Quinam paradi-  
sum ingressuri sint; fructus comedent, &  
æternum hic manebunt. II. 23.


*In orco.* Nomina orci II. 22. sensus cruciatum. 9. coniiciendi in orcum improbi, idolo-  
rum cultores, simulatores veræ religionis II.  
24. 25. 22. 7 - 9.



Ad 263  
S



# Farbkarte #13



# SYMBOLUM MUHAMMEDICUM

Ex  
Alcorano concinnatum

IO. HENR. CALLENBERGIO  
Phil. Prof. Publ.

Hakæ in typographia instituti Iudaici  
CID 10CC XXXIII.

## I.

**D**iuinitus illustratus credo, esse Deum,  
eumque infinitum, æternum, omnipotentem, scientem omnia, bonum,  
misericordiam.

*Symbolum.* Suas uen. D. Io. Henr. Michaelis  
ante plures annos id composui ex methodo,  
quam *Rechenbergius* in appendice librorum  
symbolicorum sequutus est. Nemo autem,  
ut spero, mihi vitio verteret, quod capitales  
errores sine refutatione publicem. Deter-  
tor illos, doctoremque ad notissimum *Ma-  
raccii* opus ablego. Sententiam, quam  
Moslemis tribuo, ex alcorano sumsi. Loca  
adscripti quadam, plurima vero omisi, quæ  
tamen facile poterunt inueniri.

*Æternum.* Alcor. LXXVI. i. XXXV. 60.  
*Omnipotenter,* I. 2. 3. II. III. XXXIV. 9.  
X. 66. 67. XLII. 30. X. 57. XXXV. 17. 18.  
*Scientem,* II. 30. 27. 31. 72. LIX. 23.